

amissas olim urbes ei restituisset^{f)} et ex regni quoque sui parte alias^{g)} non modicas contulisset^{h)}. Sed pauca dicta sunt, nisi quae circa religionis incrementum gessit magna et sublimia memorentur. Religionis quippe statum inter diversorum errorum et pravitatum vepres incultum inventum sacris litteris erudit, divina pariter et humana scientia perornavit, erroribus expurgavitⁱ⁾, ratis dogmatibus^{k)} saginavit atque intra brevissimum tempus ita industrio^{l')} pietatis studio egit, ut novus quodam modo videretur mundus, magnis luminaribus venustatus^{k')} et variis vernantibus floribus adornatus. Cuius filius^{l')}, divae scilicet recordationis Hludowicus maximus imperator, pater huius a Deo electi⁴⁾ principis Karoli semper augusti, patrium^{m')} solium adeo religione^{n')} imitatus pietate laudabiliter aemulatus est, ut et paterna divini cultus vota et erga praelatam^{l)} principalem ecclesiam^{o')} liberalitatis^{p')} insignia pius natus aequiperaret et roboraret^{m)}, sed et uberioribus beneficiis et dapsilibus munificentis ut heres gratissimus ampliaret^{q')}. Verumⁿ⁾ iste huius praeulgidus filius Karolus videlicet, de quo nobis sermo est, serenissimus et tranquillissimus imperator, qui nobis, ut praetulimus, in quos fines saeculorum devenerunt⁵⁾, quique caligosi^{o)} temporis ex quadam parte tetras^{p)} erumnas et miserias sustinebamus, tamquam splendidissimum astrum ab arce polorum illuxit, non solum monumenta progenitorum^{q)} bonitatem electae radices ferens in ramo^{r)} alacriter aequiperavit, verum etiam omne^{r')} prorsus avitum^{s')} studium vicit et universum paternum certamen in causa^{t')} religionis atque iustitiae superavit, ecclesias^{s)} videlicet Domini diversis opibus ditans^{t)}, sacerdotes eius honorans, hos^{u')} ad utramque philosophiam informans, illos ad virtutes sectandas ad-

f) restituerit M. g) fehlt M. h) contulerit M. i) erroribus expugnavit R; errores expugnavit M, H; erroribus expurgavit P, Bi, S, Ba. k) sacris dogmatibus M; ratis (dazu am Rande: al. rectis) dogmatibus Bi; tantis dignitatibus H. l) praefatam M. m) et roboraret fehlt M. n) Ut nunc M. o) caliginosi M, P, Bi; caligosi verbessert zu caliginosi H. p) terras R. q) qui non solum progenitoris M. r) electae ... ramo fehlt M. s) ecclesiis M. t) operibus ditatis M.

i') industria S. k') venustatis H. l') filio H. m') patrum (am Rande: al. patrium Bi) P, Bi. n') religiose Bi. o') praelatum principalis ecclesiae H, P, Bi. p') libertatis Ba. q') ampliavit H, P, Bi. r') omnem H. s') habitum durch Unterstreichen getilgt H. t') causae Bi. u') fehlt H.

4) Vgl. Krönungsordo Karls des Kahlen von 869 (Boretius-Krause a. a. O. Nr. 276, S. 339 Z. 9): a Deo electum.

5) Vgl. 1. Cor. 10, 11.